



Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

95 Dormientibus vigilare, & vigilantiam suis excitare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](#)

nigra plerumque lanea veste contentus, in pilo
gestare solebat argenteum siphūculum, qui du-
bus (quarum receptaculum fuerat) pennis galli-
naceis exornatus videbatur, Heroi maximum
ornamentum. eius vxor nunquam purpurata, ve
quisquiliata incessit; sed simplicibus vestimentis
laneis nigris vſa est. Sic & Philippos Comes n.
Catzenelenbogen in arce sua Hadamaria con-
tentus simplici, sed mundo rerum apparatu, ſig-
nis patinis, ligneis cochlearibus, tornatilibus
culis, & quernis Candelabris vſus est. Hinc fa-
galis hic Comes omnia granaria frumentis, pi-
ptuaria penoribus, apothecas vinis, arcas ar-
to atque auro plenissimas habebat. Vnde quid
cum illo pactus, ſe nummum aureum daturum,
pecuniam, & aureum theſaurum ſibi videlicet
liceret. Comes non ſolū videndi, ſed etiam quan-
tum unico raptu poſſet, auferendi potest
obtulit: audius præde manum theſauro iniecit
ſed ſpe fruſtratus abijt, nullo cum fructu, in
cum digitorum & vnguium detrimento.

SIGNVM XCV.

CAETERIS DORMIENTIBVS. *Vigilare, & vigilantiam suorum
excitare,*

- Vigilantem* 1. **H**omerus Iliad: K facit Agamemnonem:
offc. **G**em, cæteris dormientibus, ſolum vi-
lantem.
2. **R**ex Perſarum puerum habebat cubiculum
qui manè regium thalamum ingressus, his re-
bis illum exercefaciebat: Surge Rex, ac nego-

in pila
qui duc.
us gall.
aximum
rata, ve
timenti
comes n
ria co
atu, fag
libus p
dinc fi
ntis, po
as argo
e quidam
aturum
bi vide
etiam qu
oestates
o iniec
actu, in
to.

8 Vb
nem
olum v
ibicula
s, his re
ac nego
ct.

curā, quā te Mesoromades curare iussit: vel, cu
ra populum tibi commissū. Plut. adu. Ducem
imperitum.

3. Epaminondas Thebanus, cūm Thebani ciues
festis quibusdam diebus ludis & compotationi
bus indulgerent, solus vigil ac sobrius arma lu
strabat, vrbisque obambulabat mœnia. Rogatus,
cur id faceret, respondit, sobrium esse se ac vi
gilare, quod reliquis licetem temulentos esse, ac
dormire; seu ebrierati, ac desidiae vacare. Plut.
ibid.

4. Carolus Magnus noctu dum in cubili cubaret,
capiti pugillares supponebat: si quipiam vtile in
mentem veniebat, annotabat, ne memoria laber
etur. Somnum quater aut quinques non solūna
experciscendo, sed surgendo etiam interrumpe
bat. Avent. lib. 4. Annal. Boiorum.

5. Alcibiades Atheniensis ciuitate sua à Lacedæ
monijs obsessa, veritus negligentiam vigilum
denuntiauit his, qui in stationibus erant, vt obser
varent lumen, quod nocte ostensurus esset ex ar
ce, & ad conspectum eius ipsi quoque lumina
attollerent: in quo munere qui cessasset poenam
daturum. Dum follicite exspectatur signum Du
cis, per uigilatum ab omnibus, & suspectæ noctis
periculum evitatum est. Front. lib. 3. cap. 12. & Po
lyen. lib. 1.

6. Iphicrates Dux Atheniens. cūm præficio Co
rinthum teneret, & sub aduentum hostium ipse
vigilias circumiret, vigilem, quem dormientem
viderat, transfixit cuspidē. Quod factū quibusdā
tanquā sœuū increpatibus: Qualē inueni, inquit,
talem reliqui. Est enim somnus mortis imago.
Frontin. ibid. Vide Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 12. qui
adscribit Epaminondas.

7. Cūm

7. Cùm sub Leone V. Imp. Constantinopolis inter ferocissimas gentes plurimis esset periculis obnoxia, in triujs ac plateis urbis habebatur cultus diae: quicunq; post crepusculū deprehendebatur, cœsus verberibus trudebatur in carcere, donec luceceret. Imperator vigilū volēs experiri noctu solus ē Palatio, habitu mutato, se prospicit. A primis deprehensus custodibus, quō profici sceretur rogatus, lupanar se petere respondebat quibus se 12. aureis redemit, cùm carcerem verbera minitarentur. In secunda itē custodio prehēsus, 20. se liberat aureis: in tertiā cùm indeisset, pugnis flagrisq; cœsus, carceri traditur. Eiuntibus reliquis, cùm iam illucesceret, custodrum magistro multis vix tandem signis confirmat. Imp. se esse. Duabus illū auri libris donati, ut dicere custodibus, quē noctu cepisset, carcere fracto, fugisse. Manè Imperator custodes urbani uocat: nū quis nocte præterita sit deprehēsus, interrogat. Qui pretio erant corrupti, nihil satis vidisse, aut audisse, asserunt. Qui verò Leonem custodiæ macipauerat, se quempia repente tentur, & flagris onustū carceri tradidisse, sed fracta custodia aufugisse. Leo remotis famulis, dorsū ex flagris liuidū custodibus ostentat eosq; magnis munieribus locupletauit: perit verò alios bonis multatos, urbe expulit, ac suam hoc astu tutissimam reddidit, custodis semper præsentia Imperatoris expauscēbat.

**† Cuffinia.
num ex 20-
mata.**

8. Duorum Regulorū filij adolescentes in litore Prætoriū noctu excubare, quod largus appetitivo indulserant, somno graui opprimuntur. Crolus Magnus, ut eius mos erat, euigilat, noctu paucis clā castra circuit, explorat, nū omnia in

fiant. Vbi somno p̄epeditos offendit, ad tabernaculū redit. Postridic concilio vocato, sc̄iscitur, quidnā is cōmeruerit, qui Principē & caput Frācorū hostium manibus exposuerit. Illi primi sententiā rogati, h̄ijsce modi hominem capitali supplicio condemnant. Carolus illos grauiter obiurgatos, ignominiaque notatos exauthorat. † ^{Aeneas.}

9. Aristippus apud Xenoph. formans virum, qui lib. 4. An. suo tēpore Reip. habenas sumpturus sit, facit eū nāl. Beiorū. nō multo somno vtentē, sed vigilantē, noctemq; negotijs diuidentē. Seduli, vigilantes, & industrii Magistratus, improbis, tum hostibus, tū ciuibus sunt terrori: grati bonis, seu in admiratione & pretio apud bonos, & fibip̄sis ac Reip. vtiles. (Plato 7. de Leg.) Omniū officiorum laus, imò vita, in diligentia consistit: (Uſor. 4. de Regis Instit.) neque inferiorū ordinum culpæ ad ullos magis, quām desides rectores referendē sunt. Leo Magn. epif. 36. Vigilantia & labor sunt vera genereſi animi nutrimenta.

10. Vespasianus Imp. reprehēsus à medicis, quod malē habens, Imperatoria negotia tractaret, respondit: Imperatorem stantem mori oportet. Sueton. Augustus ius assiduò ipse, etiam in noctem interdum, idquē valerudine afficta, dixit. Idem. Somnus multus neq; corporibus, neq; animis, neque rebus gerendis à natura est aptus. Ut incuria Magistratus, id est, eorum, qui in specula ciuitatis vigilāt, ciuibus est exitio: ita vigilās timor, Reip. magno pr̄efidio est. Facile enim hostis timentes non inuadit, de repentinō vigilantes non opprimit; qui enim timent, Reip. globū semper in oculis ferunt: hostium infidias non solū remotē, sed etiam quippe instructas vident.

SIG.